Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

usque ad volucres celi penitet me
fecisse eos. Noe vero invenit graciam
coram domino. Hee generationes noe. Noe vir
iustus atque perfectus fuit in generationibus
suis cum deo ambulavit et genuit tres
filios sem cham et iapheth. Corrup
ta est autem terra coram domino et repleta
est iniquitate. Cumque vidisset deus terram
esse corruptam omnis quippe caro cor
ruperat viam suam super terram dixit
ad noe. Finis universe carnis venit
coram me. Repleta est terra iniqui
tate a facie eorum et ego disperdam
eos cum terra. Fac tibi archam de lignis
levigatis mansiunculas in archa
facies et bitumine linies intrinsecus
et sic facies eam. Trecentorum
cubitorum erit longitudo arche
quinquaginta cubitorum latitudo et
triginta cubitorum altitudo eius
Fenestram in archa facies et in cu
bito consummabis summitatem eius. O
stium autem arche pones ex latere
deorsum cenacula et tristega facies
in ea. Ecce ego adducam diluvii
aquas super terram ut interficiam omnem
carnem in qua spiritus vite est subter
celum. Universa que in terra sunt consumentur
Ponamque fedus meum tecum et in
gredieris archam tu et filii tui et
uxor tua et uxores filiorum tuorum
tecum et ex cunctis animantibus universe
carnis bina induces in archam
ut vivant tecum masculini sexus et
feminini. De volucribus iuxta genus
suum et de iumentis in genere suo et ex omni
reptili terre secundum genus suum bina
~~de omnibus~~ de omnibus ingredientur (margin: et bina)
tecum ut possint vivere. Tolles

igitur tecum ex omnibus escis que mandi
possunt et portabis apud te et erunt
tam tibi quam illis in cibum. Fecit igitur
noe omnia que preceperat illi deus
Dixitque dominus ad eum **VII**

De diluvio et in gressu noe ad archam

Ingredere tu et omnis domus tua
in archam te enim vidi iustum coram
me in generatione hac. Ex omnibus
animantibus mundis tolle septena
et septena masculum et feminam. De
animantibus vero non mundis duo et duo
masculum et feminam. Sed et de volatili
bus celi septena et septena mas
culum et feminam ut salvetur semen
super ~~[illegible]~~ faciem universe terre. Adhuc
enim post dies septem ego pluam
super terram quadraginta diebus et
quadraginta noctibus et delebo
omnem substanciam mundi quam feci de
superficie terre. Fecit ergo noe omnia
que iusserat ei dominus. Eratque
sexcentorum annorum quando diluvii
aque inundaverunt super terram
Et ingressus est noe et filii eius
uxor eius et uxores filiorum eius
cum eo in archam propter aquas diluvii
De animantibus vero mundis et inmundis
et de volucribus et ex omni quod movetur
super terram duo et duo ingressa sunt
ad noe in archam masculus et femina
sicut preceperat dominus noe. Cumque transis
sent septem dies aque diluvii
inundaverunt super terram. Anno
sexcentesimo vite noe mense
secundo septimodecimo die mensis rup
ti sunt omnes fontes abyssi magne
et cataracte celi aperte sunt et facta est
pluvia super terram quadraginta
diebus et quadraginta noctibus
In articulo diei illius ingressus est
noe et sem et cham et iaphet